

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. VII.

**Inhalt:** 46. Encyclica Pontif. de Rosario. — 47. Die Ablehnung des Begehrens des Patrons auf Neuregelung der Nutzung der Kirchgrundstücke durch den Pfarrer fällt in das freie Ermessen der zur Entscheidung berufenen Instanzen. — 48. Die Anordnungen in Betreff der Evidenz der Sterbefälle der dem k. k. Militär angehörnden Individuen werden in Erinnerung gebracht. — 49. Verordnung des hohen k. k. Finanzministeriums vom 24. Juli 1894, womit die Einberufung und Einlösung der Staatsnoten zu Einem Gulden österr. W. angeordnet wird. — 50. Literatur. — 51. Einladung zur Einbringung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise. — 52. Concurs-Berathung. — 53. Chronik der Diöcese.

1894.

46.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis et Episcopis  
Aliisque Locorum Ordinariis Pacem et Communionem cum Apostolica Sede Habentibus

LEO PP. XIII

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Iucunda semper expectatione erectâque spe Octobrem mensem conspicimus redeuntem; qui, hortatione et praescripto Nostro dicatus Virgini Beatissimae, non paucos iam annos concordi per catholicas gentes et vivida Rosarii floret pietate. Quae Nos ad hortandum moverit causa, non semel ediximus. Nam calamitosa Ecclesiae civitatumque tempora quum praesentissimum Dei auxilium omnino deposcerent, hoc nimirum Matre eius deprecatrice implorandum esse censuimus, eoque praecipue supplicandi ritu contendendum, cuius virtutem christianus populus nunquam sibi non saluberrimam sensit. Id enimvero sensit ex ipsa marialis Rosarii origine, tum in fide sancta a nefariis tutanda incursibus hominum haereticorum, tum in consentanea virtutum laude, quae per saeculum corrupti exempli relevanda erat et sustinenda: idque perenni sensit privatim et publice beneficiorum cursu, quorum memoria praeclaris etiam institutis et monumentis ubique est consecrata. Similiter in aetatem nostram, multiplici rerum discrimine laborantem, fructus inde salutare provenisse commemorando laetamur: attamen circumspectantes, Venerabiles

Fratres, videtis ipsi causas adhuc insidere partimque ingravescere, quamobrem hoc item anno obsecrandae caelestis Reginae ardor, Nostra exhortatione, vestris in gregibus excitetur. — Accedit quod, intima in Rosarii natura cogitationem defigentibus, quanto Nobis eius praestantia utilitatesque illustrius apparent, tanto acuitur desiderium et spes, posse adeo commendationem Nostram, ut eiusdem sacratissimae precis religio, aucta in animis cognitione et amplificata consuetudine, optimis vigeat incrementis. Cuius rei gratiâ non ea quidem revocaturi sumus quae superioribus annis variâ in eodem genere ratione libuit edisserere: illud potius ad considerandum docendumque occurrit, qua divini consilii excellentia fiat, ut, ope Rosarii, et impetrandi fiducia in animos precantium suavissime influat et materna in homines almae Virginis miseratio summâ benignitate ad opitulandum respondeat.

Quod Mariae praesidium orando quaerimus, hoc sane, tamquam in fundamento, in munere nititur conciliandae nobis divinae gratiae, quo ipsa continenter fungitur apud Deum, dignitate et meritis acceptissima, longaeque Caelitibus sanctis om-

nibus potentia antecellens. Hoc vero munus in nullo fortasse orandi modo tam patet expressum quam in Rosario; in quo partes quae fuerunt Virginis ad salutem hominum procurandam sic recurrunt, quasi praesenti effectu explicatae: id quod habet eximium pietatis emolumentum, sive sacris mysteriis ad contemplandum succedentibus, sive precibus ore pio iterandis. — Principio coram sunt Gavdii mysteria. Filius enim Dei aeternus sese inclinatur ad homines, homo factus; assentiente vero Maria et *concipiente de Spiritu sancto*. Tum Ioannes materno in utero *sanctificatur* charismate insigni, lectisque donis *ad vias Domini parandas* instruitur; haec tamen contingunt ex salutatione Mariae, cognatam divino afflatu visentis. In lucem tandem editur Christus, *expectatio gentium*, ex Virgine editur; eiusque ad incunabula pastores et magi, primitiae fidei, pie festinantes, *Infantem inveniunt cum Maria Matre eius*. Qui deinde, ut semet hostiam Deo Patri ritu publico tradat, vult ipse in templum afferri; ministerio autem Matris ibi *sistitur Domino*. Eadem, in arcana Pueri amissione, ipsum anxia sollicitudine quaerit atque reperit ingenti gaudio. — Neque aliter loquuntur Doloris mysteria. In Gethsemani horto, ubi Iesus pavet maeretque ad mortem, et in praetorio, ubi flagris caeditur, spineâ corona compungitur, supplicio multatur, abest ea quidem Maria, talia vero iamdiu habet cognita et perspecta. Quum enim se Deo vel ancillam ad matris officium exhibuit vel totam cum Filio in templo devovit, utroque ex facto iam tum consors cum eo extitit laboriosae pro humano genere expiationis: ex quo etiam, in acerbissimis Filii angoribus et cruciamentis, maxime animo condoluisse dubitandum non est. Ceterum, praesente ipsa et spectante, divinum illud sacrificium erat conficiendum, cui victimaria de se generosa aluerat; quod in eisdem mysteriis postremum flebilis obversatur: *stabat iuxta Crucem Iesu Maria Mater eius*, quae tacta in nos caritate immensa ut susciperet filios, Filium ipsa suum ultro obtulit iustitiae divinae, cum eo commoriens corde, doloris gladio transfixa. — In mysteriis denique Glorae quae consequuntur, idem magnae Virginis

benignissimum munus confirmatur, re ipsa uberius. Gloriam Filii de morte triumphantis in tacita delibat laetitia: sedes autem superas repetentem materno affectu prosequitur; at, caelo digna, detinetur in terris, exorientis Ecclesiae solatrix optima et magistra, *quae profundissimam divinae sapientiae, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum*<sup>1)</sup>. Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus advenerit, ipsam idcirco in memori Cenaculo contemplamur, ubi simul cum Apostolis pro eis postulans inenarrabili gemitu, eiusdem Paracliti amplitudinem maturat Ecclesiae, supremum Christi donum, thesaurum nullo tempore defecturum. Sed cumulo perpetuoque munere causam nostram exoratura est, ad saeculum immortale progressa. Scilicet ex lacrimosa valle in civitatem sanctam Ierusalem evectam suspicimus, choris circumfusus angelicis: colimusque in Sanctorum gloria sublimem, quae stellanti diademate a Filio Deo aucta, apud ipsum sedet regina et domina universorum. — Haec omnia, Venerabiles Fratres, in quibus *consilium Dei* proditur, *consilium sapientiae, consilium pietatis*<sup>2)</sup>, simulque permagna in nos merita Virginis Matris elucent, neminem quidem possunt non iucunde afficere, certa spe iniecta divinae clementiae et miserationis administrâ Maria consequendae.

Eodem spectat, apte concinens cum mysteriis, precatio vocalis. Antecedit, ut aequum est, dominica oratio ad Patrem caelestem: quo eximiis postulationibus invocato, a solio maiestatis eius vox supplex convertitur ad Mariam; non aliâ nimirum nisi hac de qua dicimus conciliationis et deprecationis lege, a sancto Bernardino Senensi in hanc sententiam expressa: *Omnis gratia quae huic saeculo communicatur, triplicem habet processum. Nam a Deo in Christum, a Christo in Virginem, a Virgine in nos ordinatissime dispensatur*<sup>3)</sup>. Quibus veluti gradibus, diversae quidem inter se rationis, positae, in hoc extremo libentius quodammodo longi-

<sup>1)</sup> S. Bernardus, de XII praerogativ. B. M. V. n. 3.

<sup>2)</sup> S. Bernardus, serm. in Nativ. B. M. V. n. 6.

<sup>3)</sup> Sermon. VI in festis B. M. V. de Annunc. a. I, c. 2.

usque ex instituto Rosarii insistimus, salutatione angelica in decades continuata, quasi ut fidentius ad ceteros gradus, id est per Christum ad Deum Patrem, nitamur. Sic vero eandem salutationem toties effundimus ad Mariam, ut manca et debilis precatio nostra necessariâ fiducia sustentetur; eam flagitantes ut Deum pro nobis, nostro velut nomine, exoret. Nostris quippe vocibus magna apud illum et gratia et vis accesserit, si precibus Virginis commendentur: quam blanda ipsemet invitatione compellat: *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis*<sup>1)</sup>. Hanc ipsam ob rem toties redeunt praedicata a nobis quae sunt ei gloriosa nomina ad impetrandum. Eam salutamus, quae *gratiam apud Deum invenit*, singulariter ab illo *plenam gratiâ*, cuius copia ad universos proflueret: eam, cui Dominus quanta maxima fieri possit coniunctione inhaeret; eam, *in mulieribus benedictam*, quae *sola maledictionem sustulit et benedictionem portavit*<sup>2)</sup>, beatum ventris sui fructum, in quo *benedicentur omnes gentes*: eam demum *Matrem Dei* invocamus; ex qua dignitate excelsa quid non *pro nobis peccatoribus* certissime exposcat, quid non speremus in omni vita et in agone spiritus ultimo?

Huiusmodi precibus mysteriisque qui omni diligentia et fide vacaverit, fieri certe nequit ut non in admirationem rapiatur de divinis in magna Virgine consiliis ad communem gentium salutem; atque alacri gestiet fiducia sese in tutelam eius sinumque recipere, ea fere sancti Bernardi obtestatione: *Memorare, o piissima Virgo Maria nunquam auditum a saeculo quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelictum.*

Quae autem est Rosarii virtus ad suadendam orantibus impetrationis fiduciam, eadem pollet ad misericordiam nostri in animo Virginis commovendam. Illud est manifestum quam sibi laetabile accidat, videre nos et audire dum honestissimas petitiones pulcherrimasque laudes rite nectimus in coronam. Quod enim, ita comprecando, debitam Deo reddimus et optamus gloriam; quod nutum

voluntatemque eius unice exquirimus perficiendam; quod eius extollimus bonitatem et munificentiam, appellantes Patrem ac munera praestantissima indigni rogantes: hisce mirifice delectatur Maria, vereque in pietate nostra *magnificat Dominum*. Digna siquidem precatone alloquimur Deum, quum oratione dominica alloquimur. — Ad ea vero quae in hac expetimus, tam per se recta et composita, tamque congruentia cum christiana fide, spe, caritate, addit pondus commendatio quaedam, Virgini quam gratissima. Nam cum voce nostra vox ipsa consociari videtur Iesu Filii; qui eandem orandi formulam conceptis verbis tradidit auctor, praecepitque adhibendam: *Sic ergo vos orabit*<sup>1)</sup>. Nobis igitur talem praeceptionem, Rosarii ritu, observantibus propensiore illa voluntate, ne dubitemus, officium suum, solliciti amoris plenum, impendet; haec autem mystica precum sarta facili ipsa vultu accipiens, bene largo munerum praemio donabit. — In quo, ut liberalissimam bonitatem eius certius nobis polliceamur, non mediocris causa est in propria Rosarii ratione, ad recte orandum perapta. Multa quidem et varia, quae hominis est fragilitas, orantem avocare a Deo solent eiusque fidele propositum intervertere: at vero qui rem probe reputet, continuo perspiciet quantum in illo efficacitatis insit, quum ad intendendam mentem et socordiam animi excutiendam, tum ad salutarem de admissis dolorem excitandum educendumque spiritum in caelestia. Quippe ex duobus, ut percognitum est, constat Rosarium, distinctis inter se coniunctisque, meditatione mysteriorum et acta per vocem precatone. Quocirca hoc genus orandi peculiarem quamdam hominis attentionem desiderat; qua nimirum, non solum mentem ad Deum modo aliquo dirigat, verum in rebus considerandis contemplandisque ita versetur, ut etiam documenta capiat melioris vitae omnisque alimenta pietatis. Neque enim iisdem rebus maius quidquam aut admirabilius est, in quibus fidei christianae vertitur summa; quarum lumine ac virtute, veritas et iustitia et pax, novo in terris rerum ordine laetissimisque cum fructibus, processerunt. — Cum

<sup>1)</sup> Cant. II, 14.

<sup>2)</sup> S. Thomas, op, VIII, super salut. angel. n. 8.

<sup>1)</sup> Matth. VI, 9.

hoc illud cohaeret, quemadmodum eadem res gravissimae cultoribus Rosarii proponantur; eo videlicet modo qui ingeniis vel indoctorum accommodate conveniat. Est enim sic institutum, non quasi proponantur capita fidei doctrinaeque consideranda, sed potius veluti usurpanda oculis facta et recolenda: quae iisdem fere atque acciderunt locis, temporibus, personis, oblata, eo magis tenent animos utiliusque permovent. Quod autem haec a teneris vulgo sunt indita animis et impressa, ideo fit ut, singulis enunciatis mysteriis, quisquis vere est orandi studiosus, nulla prorsus imaginandi contentione, sed obvia cogitatione et affectu per ea discurrat, abundeque sibi imbibat, largiente Maria, rorem gratiae supernae. — Alia est praeterea laus quae acceptiora apud ipsam ea sarta faciat et praemio digniora. Quum enim ternum mysteriorum ordinem piâ memoria replicamus, inde testator a nobis extat gratiae erga ipsam affectio voluntatis; ita nimirum profitentibus, nunquam nos expleri beneficiorum recordatione, quibus salutem ipsa nostram inexplebili est caritate complexa. Tantarum autem monumenta rerum frequenter in eius conspectu diligenterque celebrata, vix adumbrare cogitando possumus quali beatam ipsius animam usque novae laetitiae voluptate perfundant, et quos in ea sensus exsuscitent providentiae beneficentiaeque maternae. Atque adeo ex iisdem recordationibus consequitur, ut imploratio nostra vehementiorem quemdam ardorem concipiat et vim induat obsecrandi: sic plane, ut quot singulatim revolvuntur mysteria, totidem subeant obsecrationis argumenta, sane apud Virginem quantopere valitura. Nempe ad te confugimus, sancta Dei Parens: miseros Hevae filios ne despexeris! Te rogamus. Conciliatrix salutis nostrae aequè potens et clemens; te, per suavitatem gaudiorum ex Iesu Filio perceptam, per dolorum eius inexplicabilium communionem, per claritudinem eius gloriae in te redundantem, enixe obsecramus; eia nos, quamvis indignos, audi benigna et exaudi.

Vobis igitur, Venerabiles Fratres, Rosarii marialis praestantiâ, duplici quoque ex parte quam laudavimus, considerata, eo fiat apertius cur non

desinat cura Nostra idem inculcare, idem provehere. Caelestibus auxiliis, quod initio monuimus, maiorem quotidie in modum indiget saeculum: praesertim quum late sint multa quibus afflicetur Ecclesia, iuri suo libertatique adversis; multa quae civitatibus christianis prosperitatem et pacem funditus labefactent. Iamvero ad ea demerenda auxilia spem Nos plurimam in Rosario habere sitam, rursus affirmateque profiteremur. Utinam sanctae huic pietati pristinus ubique honor, secundum vota, reddatur: haec in urbibus et villis, in familiis et officinis, apud primores et infimos, adametur et colatur, non secus ac praeclara christianae professionis tessera, optimumque praesidium divinae propitiandae clementiae. — Quod quidem in dies impensius urgeant omnes oportet, quando impiorum vesana perversitas nihil iam non urget machinando et audendo ut divini Numinis iram lacessat iustaeque animadversionis trahat pondus in patriam. Inter ceteras enim causas, hoc dolent Nobiscum boni omnes, in sinu ipso gentium catholicarum nimium esse multos, qui contumeliis religioni quocumque modo illatis laetentur, ipsique, incredibili quadam licentia quilibet evulgandi, in id videantur incumbere ut sanctissimas eius res exploratamque de Virginis patrocinio fiduciam in contemptionem et ludibrium multitudinis vocent. Proximis hisce mensibus, ne Christi quidem IESV Servatoris personae augustissimae temperatum est. Quam rapere in illecebras scenae, iam passim contaminatae flagitiis, minime puduit, eandemque referre propriâ deminutam naturae divinae maiestate; qua detracta, redemptionem ipsam humani generis tolli necesse est. Neque puduit velle a sempiterna infamia hominem eripere, sceleris reum perfidiaeque summâ post hominum memoriam immanitate detestabilis, proditorem Christi. — Ad haec, per Italiae urbes vel patrata vel patranda, indignatio universe commota est, acriter deplorantium sacerinum ius religionis violatum, in eâque gente violatum, oppressum, quae de catholico nomine in primis meritoque gloriatur. Tum vigil Episcoporum sollicitudo, perinde ac oportebat, exarsit: qui expostulationes aequissimas ad eos detulerunt quibus

sanctum esse debet patriae religionis tueri dignitatem, et greges suos non modo de gravitate periculi admonuerunt, sed etiam hortati sunt ut nefarium dedecus Auctori amantissimo salutis nostrae singularibus religionis officiis compensarent. Nobis certe omnino probata est honorum alacritas, multis modis egregie declarata, valuitque ad leniendam aegritudinem ea de re intime acceptam. Per hanc vero alloquendi opportunitatem, supremi Nostri muneris vocem iam nequimus premere: atque cum eis ipsis Episcoporum et fidelium expostulationibus Nostras coniungimus quam gravissime. Eodemque apostolici pectoris studio quo sacrilegum facinus conquerimur et execramur, cohortationem ad christianas gentes, nominatim ad Italos, vehementer intendimus, ut religionem avitam, quae locupletissima hereditas est, inviolate custodiant, strenue vindicent, honeste pieque factis ne intermittant augere. — Itaque, hac etiam de causa, continua

octobri mense certet optamus singulorum et sodalitatatum industria in honore habendo magnae Dei Matri, Adiutrici potenti christianae rei, Reginae caelesti gloriosissimae. Nos vero munera indulgentiae sacrae, in hoc ipso antea concessa, maxima voluntate confirmamus.

Deus autem, Venerabiles Fratres, qui nobis *talem Mediatricem benignissima miseratione providit*<sup>1)</sup>, quique *totum nos habere voluit per Mariam*<sup>2)</sup>, eiusdem suffragio et gratia, faveat communibus votis, cumulet spes; accedente benedictionis Apostolicae auspicio, quam vobis ipsis et vestro cuiusque Clero populoque peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Septembris anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

**LEO PP. XIII.**

<sup>1)</sup> S. Bernardus, *de XII praerogativ. B. M. V. n. 2.*

<sup>2)</sup> Id. *serm. in Nativ. B. M. V. n. 7.*

47.

## Die Ablehnung des Begehrens des Patrons

auf Neuregelung der Nutzung der Kirchgrundstücke durch den Pfarrer fällt in das freie Ermessen der zur Entscheidung berufenen Instanzen.

Erkenntniß vom 21. Februar 1894, S. 248.

Emerich Graf Chotek als Curator des Rudolf Grafen Chotek (Adv. Dr. Mikosch) ca. Min. für Cultus und Unterricht (M.-S. Kanera), mitbetheiligt Pfarrer Josef Weiznar (Adv. Dr. Strunz); E. vom 14. Oct. 1892, Zahl. 20711, puncto Benützung der Koseler Kirchgrundstücke.

„Die Beschwerde wird wegen Unzuständigkeit des B.-G.-Hofes zurück gewiesen. Ein Kostenersatz findet nicht statt.“

Entscheidungsgründe. Die vorliegende Streitfache hat ihren Ausgang genommen von der Weigerung des Patronen der Kirche St. Martini zu Kosel, zu der vom dortigen Pfarrer im Jahre 1884 beabsichtigten Wiederverpachtung der demselben gegen ein Entgelt von 25 fl. 62 kr. ö. W. zum Genusse überlassenen Kirchgrundstücke die Zustimmung zu

ertheilen und wurde in der Verhandlung, welche über das in Folge jener Weigerung vom Pfarrer im Wege des fürstbischöflichen Consistoriums bei der politischen Behörde gestellte Ansuchen um Bewilligung zur Wiederverpachtung der Grundstücke durchgeführt wurde, vom Patrone verlangt, daß die Kirchgrundstücke, welche dem Pfarrer in Pacht überlassen seien, zur Erzielung eines dem thatsächlichen Ertragnisse der Grundstücke entsprechenden Pachtschillings und im Wege einer öffentlichen Licitation verpachtet werden, wogegen der Pfarrer geltend machte, daß die Kirchgrundstücke seit undenklichen Zeiten, u. zw. nachweisbar seit 1734, im Nutzgenusse des Koseler Pfarrers stehen und er berechtigt sei, dieselben in der bisherigen Weise und unter denselben Bedingungen zu genießen. — Mit der angefochtenen Entscheidung wurde in Bestätigung

der Entscheidung der Statthalterei vom 6. Jänner 1892, Z. 60661, erkannt, daß die Koseler Pfarrpfründe als thatsächliche Nutznießerin der fraglichen Kirchengrundstücke anzusehen und gegen Leistung des bestimmten, gleichzeitig mit Rücksicht auf die Währung, in welcher dasselbe früher entrichtet wurde, auf den Betrag von 64 fl. 50 kr. ö. W. richtig gestellten jährlichen Entgeltes in diesem Nutzgenusse insoweit zu schützen sei, als nicht der Gegenbeweis geliefert sein wird.

Die Ausführungen der gegen diese Entscheidung gerichteten Beschwerde gipfeln in meritorischer Beziehung in der Behauptung, daß der Pfarrer in Kosel die Kirchengrundstücke als Pächter, somit auf Grund eines persönlichen Rechtes benütze und der Patron sonach zu fordern berechtigt sei, daß der Fortgenuß an andere Bedingungen geknüpft, oder die Grundstücke anderweitig verpachtet werden.

Das Erkenntniß des B.-G.-Hofes beruht auf folgenden Erwägungen: Aus den von beiden Seiten beigebrachten documentarischen Nachweisen geht hervor, daß die Kirchengrundstücke Parcellen Nr. 161, 162 und 163 schon bei oder kurz nach Errichtung der Pfarre Kosel im Jahre 1717 dem Beneficiaten behufs Aufbesserung seiner unzureichenden Dotation gegen einen geringen Zins an die Kirchencasse und eine Naturalprästition an den Chorrector zum Genusse überlassen wurden, denn wenn auch im instrumentum erectionis Parochiae Koslensis vom 14. April 1717 unter den Einkünften des Beneficiaten der Genuß dieser Grundstücke nicht aufgeführt ist, so erscheint derselbe doch im Memorabilienbuche der Pfarre Kosel und in den Kirchenrechnungsextracten von 1734 an als ein damals schon bestandenes Emolument des Pfarrers, welches unbestritten seit jenem Jahre in ununterbrochener Folge auf den jeweiligen Beneficiaten bei Antritt der Pfründe ohne besonderen Uebertragungsact übergang. — Dieses Rechtsverhältniß wird in einzelnen Urkunden und Fassionen als Pacht bezeichnet und stützt die Beschwerde hierauf, sowie auf den weiteren Umstand, daß das Entgelt für die Benützung, der Zins, im Betrage Aenderungen erfahren hat, die Behauptung, daß zwischen der Kirche und dem Beneficiaten nur ein privatrechtliches Bestandverhältniß obwalte.

Da die angefochtene administrative Entscheidung sich darauf beschränkt, den thatsächlich bestehenden Zustand aufrecht zu erhalten und da weiter der beschwerdeführende Patron, gestützt auf seine Rechtsanschauung über das zwischen der Kirche und dem Beneficiaten betreffs der Grundstücke obwaltende Rechtsverhältniß, vom Beneficiaten den Abschluß eines förmlichen Pachtvertrages und die Erhöhung des Pachtshillings forderte, eventuell die anderweitige Verpachtung der Grundstücke intendirte, so steht auch im verwaltungsgerichtlichen Verfahren nicht die Frage zur Entscheidung, ob dem Pfarrer in Kosel der unbedingte Anspruch auf den unverkürzten Genuß der Kirchengrundstücke unter den bisherigen Bedingungen zukommt; vielmehr handelt es sich um die Frage, ob der Patron berechtigt ist, eine Aenderung des bestehenden Rechtsverhältnisses und der Modalitäten, unter welchen der Pfarrer die Grundstücke seither genossen hat, einseitig und selbstständig vorzunehmen, bezw. von der politischen Bezirksbehörde die öffentliche licitationsweise Verpachtung der Kirchengrundstücke zu verlangen?

Gewiß ist, daß die Verfügung über die Erträgnisse eines Gutes ein Act der Vermögensverwaltung ist, daß daher ebenso, wie seinerzeit nur jene Factoren, welchen die Vertretung der Kirche und des Kirchenvermögens und die Disposition über dasselbe zustand, auf den Ertrag der zum Vermögen der Kirche gehörigen Grundstücke für die Kirche verzichteten und denselben zur Verbesserung der Dotation der Pfarrpfründe widmen konnten, auch die Zurücknahme oder Aenderung dieser Widmung und die gänzliche oder theilweise Einziehung des Ertrages der Grundstücke für die Kirchencasse — insofern nicht der Rechtsanspruch der Pfarrpfründe, bezw. des Beneficiaten entgegensteht — nur von denjenigen verfügt werden kann, welchen nach dem Gesetze die Disposition über das Kirchenvermögen zukommt. Acte der Vermögensverwaltung, bei denen es sich um die Veräußerung oder Belastung des Kirchenvermögens oder um die diesen gleichkommende Verwendung der Erträgnisse des Vermögens zu anderen Zwecken handelt, unterliegen nach den Bestimmungen der durch den § 51 des cit. Gesetzes in Geltung erhaltenen Min.-Ver-

ordnung vom 20. Juni 1860, R.-G.-Bl. Nr. 162, der einverständlichen Bewilligung der politischen Landesstelle und der kirchlichen Oberbehörde, eventuell der Bewilligung des Min. für Cultus und Unterricht, oder der A. h. Schlußfassung.

Daß nun dem in Bezug auf die Nutzung der in Rede stehenden Kirchengrundstücke bestehenden Verhältnisse, welches nach der heutigen Gesetzgebung rechtlich nur mit Bewilligung der politischen Landesstelle und der kirchlichen Oberbehörde, bezw. des Ministeriums zu Stande kommen könnte und seit der Geltung der berufenen Vorschriften von der zur Ueberwachung des Kirchenvermögens zunächst berufenen Behörde durch Adjustirung der Fassionen des Pfarrers in Kosel vom Jahre 1872 und 1883 anerkannt worden ist, vom Patrone nicht selbstständig eine neue Form und ein anderer Inhalt gegeben werden kann, unterliegt keinem Zweifel, da dem Patrone nur das Recht der Mitverwaltung des Kirchenvermögens unter den Beschränkungen der Min.-Verordnung vom 20. Juni 1860, R.-G.-Bl. Nr. 162, zukommt.

Hiernach war der Patron weder berechtigt, dem Pfarrer für den Genuß der Kirchengrundstücke andere als die bisherigen Bedingungen vorzuschreiben, noch um die öffentliche Verpachtung der Grundstücke bei der politischen Bezirksbehörde anzufuchen; derselbe konnte vielmehr nur als zur Mitverwaltung des Kirchenvermögens berufener Factor auf Grund der berufenen Min.-Verordnung vom 20. Juni 1860 die Handhabung des staatlichen Aufsichtsrechtes über das Kirchenvermögen zur Regelung der Nutzung der fraglichen Grundstücke in Anspruch nehmen und dies

ist durch die im Administrativ-Verfahren an die Statthalterei und an das Min. für Cultus und Unterricht eingebrachten Recurse implicite geschehen. Die hierüber erflossene angefochtene Entscheidung, mit welcher erkannt wurde, daß die Pfarrpfründe in Kosel in dem bisherigen thatsächlichen Nutzgenusse der Kirchengrundstücke bis zur Erbringung eines Gegenbeweises zu schützen sei, stellt sich sonach als Ablehnung der vom Patrone begehrten Neuregelung der Nutzung der Kirchengrundstücke durch den Pfarrer dar, und wie es nicht zweifelhaft sein kann, daß die Ertheilung der staatlichen Bewilligung zur Ueberlassung der Nutznießung der fraglichen Grundstücke an den Pfarrer den in der Min.-Verordnung vom 20. Juni 1860 berufenen Instanzen nach freiem Ermessen zukommen würde, so fällt auch die Ablehnung des Begehrens des Patronen in das Ermessen der Behörde und erscheint daher die Zuständigkeit des B.-G.-Hofes in dieser Beschwerdesache nach § 3 lit. e des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, ausgeschlossen.

Bei dieser Sachlage war die von der Beschwerde in formeller Beziehung erhobene Einwendung des mangelhaften Verfahrens, weil mit Rücksicht auf die der Entscheidung der Bezirkshauptmannschaft vom 26. October 1887, Z. 21099, zu Grunde liegende Verwechslung der Pfarrgrundstücke mit den streitigen Kirchengrundstücken eine Entscheidung der ersten Instanz über das Streitobject nicht vorliege, als gegenstandslos zu übergehen, da die Zurückweisung der Beschwerde nach obiger Gesetzesstelle erfolgen mußte.

48.

## Die Anordnungen in Betreff der Evidenz der Sterbefälle

der dem k. k. Militär angehörenden Individuen werden in Erinnerung gebracht.

Die k. k. Landesregierung in Laibach hat unterm 24. September 1894, Nr. 12.427, Nachstehendes anher mitgetheilt.

„Nach einer Mittheilung des hohen k. und k. Reichs-Kriegsministeriums an das hohe k. k. Mini-

sterium des Innern sind wiederholt Fälle vorgekommen, in welchen die Todtenscheine über die im nicht activen Verhältnisse verstorbenen Militärpersonen seitens der hiezu berufenen Matrikenführer oft erst nach längerer Zeit und zwar erst dann ausgefertigt werden,

wenn wegen der erfolglosen Einberufung der Betreffenden zur activen Dienstleistung oder zur Waffenübung die Nachforschungen nach deren Verbleib gepflogen werden.

Zum Zwecke der Vermeidung derartiger die militärische Evidenzführung sehr erschwerender Verzögerungen in der Ausfertigung der Todtenscheine für solche Personen, beehrt sich die Landesregierung dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate zufolge Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 15. September 1894, Z. 22.596 die Bestimmungen der hohen Ministerial-Normalerlässe vom 12. Februar 1880, Z. 17511 ex 1879 (intimirt mit der h. A. vom 25. Februar 1880, Z. 1487) und vom 25. Fe-

bruar 1890, Z. 17554 ex 1889 (intimirt mit der h. A. vom 4. März 1890, Z. 2905), wornach die Matrikenführer die Todtenscheine für alle Individuen, welche dem Militärstande angehört haben, gebührenfrei sofort den Gemeindevorstehern des Sterbeortes zuzusenden und letztere dieselben den betreffenden politischen Bezirksbehörden vorzulegen haben, zur gefälligen Anweisung der unterstehenden Seelsorgeämter neuerdings in Andeutung zu bringen.“

Hievon werden die hochw. Herren Matrikenführer unter Hinweisung auf die hierämtlichen diesfälligen Mittheilungen (Diöcesanblatt de 1880, IV, pag. 38, und Diöcesanblatt de 1890, 18, pag. 37) zur genauen Darnachachtung hiemit in Kenntniß gesetzt.

49.

### Verordnung des hohen k. k. Finanzministeriums vom 24. Juli 1894,

womit die Einberufung und Einlösung der Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung angeordnet wird.

R.-G.-Bl. v. J. 1894, S. 434.

Auf Grund des Gesetzes vom 9. Juli 1894 (R.-G.-Bl. Nr. 154), wodurch das Ministerium der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder ermächtigt wird, mit dem Ministerium der Länder der ungarischen Krone ein Uebereinkommen in Betreff der Einlösung von Staatsnoten im Gesamtbetrage von 200 Millionen Gulden österr. Währung abzuschließen, wird über mit dem königl. ungarischen Finanzministerium getroffenes Einverständnis und im Einvernehmen mit dem k. u. k. Reichs-Finanzministerium die Einberufung und Einlösung der Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung mit der Firma der k. u. k. Reichs-Centralkasse und dem Datum vom 1. Juli 1888 unter den nachfolgenden Bestimmungen angeordnet:

1. Die Ausgabe von Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung ist mit dem heutigen Tage eingestellt. Die k. k. Staatskassen und Aemter dürfen vom heutigen Tage an die in ihren Beständen befindlichen oder an dieselben gelangenden Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung nicht wieder ausgeben.

2. Die bestehende allgemeine Verpflichtung zur Annahme dieser Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung an Zahlungsstatt erlischt am 31. December 1895. Diese Staatsnoten sind daher nur noch bis einschließlich 31. December 1895 im Privatverkehre zum Nennwerthe, beziehungsweise mit dem im Artikel XXIII. des Gesetzes vom 2. August 1892 (R.-G.-Bl. Nr. 126) bestimmten Zahlwerthe in Zahlung zu nehmen.
3. Die k. k. Staatskassen und Aemter sind dagegen verpflichtet, diese Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung noch bis zum 30. Juni 1896 als Zahlung, und bei den als Verwechslungskassen fungierenden k. k. Kassen, sowie bei der k. u. k. Reichs-Centralkasse in Wien auch in Verwechslung gegen andere gesetzliche Zahlungsmittel, jedoch unter Ausschluss von Staatsnoten, anzunehmen.
4. Vom 1. Juli 1896 angefangen bis zum 31. December 1899 sind diese Staatsnoten zu Einem Gulden österr. Währung nur mehr bei den als Verwechslungskassen fungierenden k. k. Kassen, sowie bei der k. u. k. Reichs-Centralkasse in



Wien in Verwechslung gegen andere gesetzliche Zahlungsmittel, jedoch unter Ausschluß von Staatsnoten, anzunehmen.

5. Nach dem 31. December 1899 findet eine Einlösung dieser Staatsnoten zu Einem Gulden

öfterr. Währung nicht mehr statt und ist mit dem Ablaufe dieses Tages jede Verpflichtung des Staates zur Einlösung dieser Staatsnoten erloschen.

50.

### L i t e r a t u r.

**Dr. C. Gutberlet.** Lehrbuch der Apologetik. III. Bd. Von der katholischen Religion. — Festschrift der theologisch-philosophischen Lehranstalt zu Fulda zur Consecration des hochw. Hrn. Bischof Dr. Georg Ignaz Komp. 8°. X u. 290 Seiten. Münster in W., Theissing'sche Buchhandlung.

Der erste Band hat zum Gegenstande die Religion überhaupt, der zweite die geoffenbarte und der dritte die katholische Religion. Der als Festschrift erschienene dritte Band reiht sich seinen beiden Vorgängern würdig an, von denen berufene Kritiker sagen, daß sie dem modernen Unglauben gegenüber ein wahres Arsenal von Bertheidigungswaffen bilden. Auf der Höhe der Wissenschaft stehend, weiß Gutberlet

die Gegner auf ihrem eigenen Gebiete und mit ihren Waffen zu schlagen. Wer sich über die wichtigsten Fragen, welche gegenwärtig die Geister beschäftigen, gründlich orientieren will, möge nach diesem Werke greifen, zumal es sich bei aller Wissenschaftlichkeit durch eine thunlichst einfache Darstellung auszeichnet. Insbesondere sei dem hochw. Clerus dieses wohlgeordnete Werk empfohlen, aus dem er gewiß vielseitige Anregung schöpfen wird.

(Germania 1894. Nr. 162.)

**Angeljska služba** ali poduk, kako naj se pri sv. maši streže. Četrtnatis. V Ljubljani 1894. Založila in prodaja „Katoliška Bukvarna“. Natisnila „Katoliška Tiskarna“.

51.

### Einladung zur Einsendung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise.

Die hochwürdigen Herren Decanats-Curaten wollen von dem zu Ende gehenden Solarjahre 1894 folgende periodische Eingaben und andere Ausweise an die betreffenden Decanatsämter, und diese an das ob. Ordinariat im Monate November d. J. einsenden, und zwar:

1. Die Angabe der Seelenzahl jeder einzelnen Curazie.
2. Den Bedarf an Directorien und Schematismen für das Jahr 1895.
3. Den Ausweis der Bevölkerung nach der Religionsverschiedenheit.

4. Die Angabe allfälliger Abänderungen in der Poststation oder Postexpedition, zu welcher die einzelnen Curazien des Decanats gehören; dann die Angabe der Telegraphenämter.

5. Die Angabe der geistlichen Bezirks- und Ortschaftsinspectoren.

6. Die Angabe etwaiger Defecte, welche im heurigen Diöcesan-Schematismus vorkommen und der Daten, welche zur Vervollständigung des Local-Index dienen.

52.

### Concurs - Verlautbarung.

Die unter dem Patronate des Johanner-Ordens stehende Pfarre Commenda-St. Peter, im Decanate Kamnik, ist durch Pensionierung in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an den hohen Johanner-Orden zu stylisieren.

Die dem Patronate des jeweiligen Pfarrers von Moravče unterstehende Pfarre Peče wird wiederholt zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an den hochw. Herrn Thomas Kajdiž, Pfarrdechant in Moravče, zu richten.

Peremptorischer Competenztermin 12. November 1894

Laut anher mitgetheilte Concurs-Verlautbarung vom 20. September 1894, Nr. 2044, ist bei der Neustadtpfarrkirche St. Antonii in Triest die Stelle eines Pfarrcooperators, welcher die deutschen Kanzelvorträge zu halten hat, in Erledigung gekommen. Zur Wiederbesetzung dieses Postens, mit welchem der Gehalt jährlicher 630 fl. ö. W. und eine Quartier-Entschädigung von 210 fl. ö. W. verbunden ist, wurde der Concurs bis zum 31. October l. J. eröffnet.

Die bezüglichlichen mit Documenten über Alter, Studien, Dienstjahre, Befähigung zum Predigtamte, über die Kenntniß der deutschen, und womöglich auch der italienischen und slovenischen Sprache, sowie über die physische Tauglichkeit zu öffentlichen Kanzelvorträgen belegten Gesuche sind bis zum obangezeigten Tage bei dem hochwürdigsten bischöflichen Ordinariate Triest-Capodistria zu Triest einzureichen, wovon der hochw. Diöcesan-Clerus hiemit in Kenntniß gesetzt wird.

## 53.

## Chronik der Diöcese.

Herr Anton Krainer wurde auf die Pfarre Ebenthal am 31. August 1894 canonisch investirt.

Zu fürstbischöflichen geistlichen Rätthen wurden ernannt die Herren: Dr. Johann Svetina, k. k. Gymnasial-Professor; Franz Dovgan, D. D. Propstpfarrer in Metlika; Anton Peterlin, Pfarrer in Šmihel bei Novo Mesto und Franz Wohinc, Pfarrer in Križe bei Tržič.

Dem Herrn Franz Kadunc, Pfarrprovisor in Draga, wurde die Pfarre Krašnja verliehen.

Herr Johann Knavs, Pfarrvikar und Beneficiat in Krško, wurde zum Administrator der neuerrichteten Pfarre S. Joannis Ev. in Krško ernannt.

Herr Anton Poljsak, wurde als Pfarrcooperator in Brezovec, und Herr Martin Kerin als solcher in Krško angestellt.

Herr Matthäus Tavčar, Pfarrer in Commenda-St. Peter und Herr Blasius Muhovec, Stadtpfarrcooperator in Kamnik, wurden über eigenes Ansuchen in den definitiven Ruhestand versetzt.

In das Diöcesan-Clerikalseminar wurden neu aufgenommen folgende Gymnasialschüler: Andreas Azman aus Kropa, Josef Bavec aus Ljubljana, Anton Berlan aus St. Vid p. Zatičina, Jakob Čebašek aus Trboje, Franz Čemazar aus Ljubljana, Jakob Čemazar aus Železniki, Franz Franke aus Stopiče, Josef Hartman aus Škofja Loka, Jakob Jan aus Görje, Johann Janec aus Novo Mesto, Matthäus Jesenovec aus Škofja Loka, Johann Knific aus Smednik, Franz Koželj aus Menges, Franz Kržišnik aus Poljane, Josef Lavrič aus Blagovica, Andreas Lavrič aus Stari Trg p. Lož, Jakob Lovretič aus Stari Trg p. Poljane, Georg Papež aus Hinje, Emil Petsche aus Metlika, Alois Podobnik aus Zatičina, Blas Rebol aus Trstenik, Franz Sadar aus Zatičina, August Schauer aus Pöllandl, Johann Zorè aus Trebelno und Valentin Zega aus Šmihel bei Novo Mesto.

In das Collegium-Aloysianum wurden neu aufgenommen folgende Gymnasialschüler: Josef Cuderman aus Trstenik, Josef Mencej aus Ig, Georg Röthel aus Stara Cerkev, Martin Pečarič aus Metlika, Josef Pirc aus Velesovo, Martin Šular aus Metlika, Johann Jeglič aus

Podbrezje, Martin Kostelec aus Metlika, Barth. Podbevšek aus Vranja Peč, Mathias Rode aus Goričica, Anton Sušnik aus Mekine, Vincenz Šarabon aus Tržič, Anton Žnidaršič aus Dobropolje, Victor Kopatin aus St. Vid pri Vipavi.

Im Collegium-Aloysianum wurden für das Schuljahr 1894/95 belassen folgende Gymnasialschüler: Lucas Arh aus Kamna Gorica; Johann Debevec aus Postojna; Josef Demšar aus Škofja Loka; Anton Koritnik aus Polhov Gradec; Georg Kržišnik aus Poljane; Franz Pengov aus Sv. Jakob ob Savi; Johann Petrič aus Cerklje p. Kranj; Ferdinand Vrbič aus Borovnica; Franz Zemlja aus Selo p. Breznica; Jacob Žust aus Poljane; Peter Janec aus Križe p. Tržič; Eugen Legat aus Zagorje p. Košana; Franz Majdič aus Čemšenik; Josef Očepek aus St. Lambert; Johann Ogrizek aus Matenja Vas p. Slavina; Johann Plahutnik aus Ljubljana; Franz Rebol aus Predvor; Anton Skubic aus Lipoglav; Stefan Trškan aus Zagradische p. Sostro; Valentin Zahret aus Predoslje; Johann Bakovnik aus Hotemaže p. St. Jurij; Franz Brezic aus Horjul; Johann Juvan aus Srednji Gameljni p. Šmartin pod Šmarno Goro; Jakob Kalan aus Dobrava p. Kropa; Michael Kogovšek aus Dravlje p. St. Vid; Lorenz Lah aus Nasoviče p. Komenda; Anton Lombar aus Trstenik; Anton Merkun aus Ig; Johann Miklavčič aus Škofja Loka; Jakob Razhoršek aus Dobrlevo p. Čemšenik; Franz Sever aus Škofja Loka; Ignaz Zaplotnik aus Letenice p. Goriče; Franz Avser aus Bohinjska Bela; Anton Cvetek aus Srednja Vas v Bohinji; Franz Grivec aus Veliki Lipovec p. Ajdovec; Franz Kimovec aus Cerklje p. Kranj; Johann Klemenec aus Rakitnik p. Slavina; Leopold Lenard aus Svibno; Johann Prijatelj, junior, aus Dobropolje; Johann Prijatelj, senior, aus Sodražica; Jacob Voljč aus Vrhnika; Mathias Volk aus Črešnjava p. Ovsice; Matthäus Ahačič aus Tržič; Josef Logar aus Metlika; Sebastian Peček aus Bloke.

Herr Franz Božič, Pfarrcooperator in Železniki, ist am 30. August 1894 gestorben, und wird hiemit dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. September 1894.